Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Cornelivs Nepos perperam vulgo Aemilivs Probvs dictus, De Vita Excellentivm Imperatorvm

Nepos, Cornelius

Lipsiae, MDCCXIV

VD18 12591890

XVII. Agesilavs.

urn:nbn:de:gbv:45:1-16472

Visual Library

XVII.
AGESILAVS.

ARGVMENTVM.

1. Agesilaus de regno litigat, quod Herculis familiae apud Spartanos debetur. 2. Imperio potitus in Asiam exercitum duxit: Tissaphernes impetratis induciis abutitur; quas Laco sine dolo seruat. 3. Finitis induciis Phrygiam depopulatur: Ephesi arma in hibernis parat: semper alia it, alia se iturum simulat. 4. Reuocatus contra Boeotios, pluris patriae salutem facit, quam suam fortunam, vincitque apud Coroneam, & parcit deorum supplicibus. 5. Bello circa Corinthum collato, hanc vrbem renuit oppugnare: 6. ad Leuctricam pugnam ire noluit: Spartam tamen, a Thebanis oppugnatam, fortiter defendit, singulari commento ad officium reducens defecturos. 7. In his angustiis pecunia patriam subleuat, muneribus sibi missis in publicum collatis. nam summa erat abstinentia. 8. Animi dotibus excellens, non corporis; apparatuque vtens vulgari; contemnitur a barbaris, & Aegypto decedens in portu Menelai moritur.

1 AGesilaus Lacedaemonius, cum a ceteris scriptoribus, tum eximie [1] a Xenophonte Socratico collaudatus est. [2] eo enim vsus est fami-
2 liarissime. Hinc primum [3] de regno cum Leotychide fratris filio habuit contentionem. Mos est enim a maioribus Lacedaemoniis traditus, vt duos haberent semper reges, [4] nomine magis

Cap. I. [1] *a Xenophonte Socratico collaudatus*] a Xenophonte, Socratis discipulo, singulari libro laudatus, qui exstat inter Xenophontis monumenta. C.

[2] *eo vsus familiarissime*] Eo, ambigue, Xenophonte an Agesilao? puto, Xenophonte Agesilaus vsus est familiariter. C. [3] *de*] *wegen*.

[4] *nomine magis, quam imperio*] quia omnia agebant ex decreto ephororum. Dionysius Halicarn. A.R. lib. II. f. 87, οὐδὲ γὰρ ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεὺς αὐτοκράτορες ἦσαν, ὅ, τι βούλοιντο πράττειν, ἀλλ' ἡ γερουσία πᾶν εἶχε τῶν κοινῶν τὸ κράτος. C.

quam

quam imperio, ex duabus familiis [5] Proclis & Eurysthenis; qui principes ex progenie Herculis, Spartae reges fuerunt. harum ex altera in alterius familiae locum fieri non licebat. itaque 3
vterque suum retinebat ordinem. Primum [6] ratio habebatur, qui maximus natu esset ex liberis eius, qui regnans decessisset. sin is virilem sexum non reliquisset, tunc eligebatur, qui proximus 4
esset [7] propinquitate. Mortuus erat Agis rex, frater Agesilai. filium reliquerat Leotychidem, quem ille [8] natum non agnorat: eumdem moriens suum esse dixerat. Is de honore regni cum Agesilao suo patruo contendit: neque id, quod petiuit, consecutus est. Nam [9] Lysandro suffra- 5
gante, homine, vt ostendimus [10] supra, factioso, & [11] his temporibus potente, Agesilaus antelatus est.

[1] Hic simulatque imperii [2] potitus est, persuasit II

5 *Proclis & Eurysthenis*] qui fratres gemini fuerunt, *Cic. Diuinat. II. 43.* Aristodemi filii, genus ad Herculem referentes, *Herodot. VII. c. 204* Proclis posteri *Eurypontidae* a nepote eius; Eurysthenis, *Agidae* a filio appellabantur, *Pausan. Lacon. f. 82. 87.* C.

6 *ratio habebatur*] *es wurde ein absehen gemacht.*

7 *propinquitate*] *in.*

8 *natum non agnorat*] quum nasceretur, eum non pro suo filio, vel a se procreatum agnouit.

9 *Lysandro suffragante*] Lysandro illo, qui Peloponnesio bello finem imposuit ad Aegos flumen proelio. Hoc adnitente & commendante antelatus Agesilaus est. C.

10 *supra*] in Vita eius c. 1. n. 3. C. 11 *his*] *in.*

Cap. II. 1 *hic*] Agesilaus.

2 *imperii potitus est*] *Potior* alias ablatiuum admittit: aliquando tamen etiam apud bonos auctores genitiuum. Hirtius B. Afr. c. 61 *vitiorum potiti sunt.*

Lace-

Lacedaemoniis, vt exercitum emitterent in Asiam, bellumque [3] regi facerent: docens, [4] satius esse [5] in Asia, quam in Europa dimicare. [6] namque fama exierat, Artaxerxem comparare classem, pedestresque exercitus, quos in Graeciam
2 mitteret. [7] Data [8] potestate tanta celeritate vsus est, vt prius in Asiam cum copiis perueniret, quam regii [9] satrapae eum scirent profectum. [10] Quo factum est, vt [11] omnes imparatos imprudentesque offenderet. Id [12] vt cognouit [13] Tissaphernes, [14] qui summum imperium tum inter praefectos habebat regios, inducias a [15] Lacone petiuit, simulans, se dare operam, vt [16] Lacedaemoniis cum rege conueniret: re autem vera ad copias comparandas: [17] easque impetrauit trime-
4 stres. Iurauit autem [18] vterque, se sine dolo in-

3 *regi*] Persarum, cuius imperio parebat Asia.

4 *satius*] *melius*. Comparatiuus *a satis*.

5 *in Asia, quam in Europa*] Cum, vt fama erat, bellum Persicum exspectandum sit, satius esse, in hostico illud solo repellere, quam excipere in patrio. *C.*

6 *namque fama exierat*] Plutarchus f. 598 ἀπήγγειλάν τινες ἐξ Ασίας ἥκοντες. *C.*

7 *data*] *a*, id est *post*.

8 *potestate*] belli gerendi contra Persas.

9 *satrapae*] praefecti regii, quibus prouinciae Asiae minoris erant concreditae. 10 *quo*] *ex*.

11 *omnes*] satrapas Asiae. 12 *vt*] postquam.

13 *Tissaphernes*] de quo supra, Conone cap. 3 & 4 Adde Diodorum XIV. 81. *C.*

14 *qui summum imperium inter praefectos*] Xenophon Rer. Graec III. p. 286 στρατηγὸς τῶν πάντων. *C.*

15 *Lacone*] Agesilao Lacedaemonio.

16 *Lacedaemoniis - - conueniret*] *das die Lacedaemonier wol mit dem Könige stunden.* 17 *easque*] inducias.

18 *vterque*] & Tissaphernes & Agesilaus.

ducias

ducias conseruaturum. in qua pactione summa
19 fide mansit Agesilaus: contra ea Tissaphernes
nihil aliud quam bellum comparauit. Id etsi 5
sentiebat Laco, tamen iusiurandum seruabat,
20 *multumque in eo consequi se* dicebat, *quod Tissaphernes* 21 *periurio suo, & homines* 22 *suis rebus abalienaret, & deos sibi iratos redderet:* 23 *se autem* 24 *seruata religione confirmare exercitum, cum animaduerteret deorum numen* 25 *facere secum, hominesque sibi conciliari amiciores; quod his* 26 *studere consuessent, quos conseruare fidem viderent.*

Postquam induciarum praeteriit dies, 1 barbarus non dubitans, quod ipsius erant 2 plurima domicilia in Caria, & ea regio his 3 temporibus 4 multo putabatur locupletissima, eo potissi- III

19 *fide*] in.

20 *multumque in eo consequi se*] plene *in eo.* vt in Pausan. cap. 2. n. 6 & Virgilius Eclog. VII. 20

illos referebat in ordine Thyrsis.

Nam dicere etiam licuisset, *eo consequi se.* C.

21 *periurio*] in. 22 *suis rebus*] a suis rebus gerendis.

23 *se*] Agesilaum. 24 *seruata*] ex.

25 *facere secum*] auf seiner seite seyn.

26 *studere*] nützlich vnd dienlich zu seyn.

Cap. III. 1 *barbarus*] Tissaphernes.

2 *plurima domicilia in Caria*] praedia, possessiones, etiam domus ordinaria. Xenophon Graec. III. f. 286 Καρία, ἔνθα περ ὁ Τισσαφέρνης ὤικει. & pag. 292 Tissaphernes νομίσας ἐπὶ τὸν αὐτοῦ οἶκον εἰς Καρίαν αὐτὸν ὁμήσειν. Nec in sola Caria, sed etiam apud Sardes huiusmodi possessiones habuit, cuius ibi amoenissimos hortos Diodorus XIV. 81 laudat, vocans τὸν παράδεισον τοῦ Τισσαφέρνης φυτοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις πολυτελῶς περιλοτεχνημένον. C. 3 *temporibus*] in.

4 *multo*] in numero.

mum

mum hostes impetum facturos: omnes suas co-
2 pias eo contraxerat. At Agesilaus in [5] Phrygiam
se convertit, eamque prius depopulatus est, quam
Tissaphernes vsquam se moueret. Magna prae-
da militibus locupletatis, [6] Ephesum hiematum
exercitum [7] reduxit: atque ibi [8] officinis armo-
rum institutis, [9] magna industria bellum appa-
3 rauit, & quo studiosius armarentur insigniusque
ornarentur, praemia proposuit, quibus donarentur, quorum egregia in ea re fuisset industria. Fecit idem in exercitationum generibus, vt qui [10] ceteris praestitissent, eos magnis adficeret muneribus. [11] His igitur rebus effecit, vt & [12] ornatissimum & exercitatissimum haberet exercitum.
4 [13] Huic cum tempus esset visum, copias [14] extrahere ex hibernaculis: vidit, si, quo esset iter facturus, palam pronuntiasset, hostes non credituros nec dubitaturos aliud esse [15] facturum ac pronuntiasset. Itaque cum ille [16] Sardis
5

[5] *Phrygia*] regione Asiae minoris. vid. Tab. III.

[6] *Ephesum*] vrbem Ioniae. vid. Tab. III.

[7] *reduxit*] Progressurus erat, εἰς τὰς ἄνω σατραπείας *in superiores praefecturas* magisque remotas a mari: quod vero perlitare non potuit, ad mare reduxit copias, *Diodor. XIV. 11.* De sacrificiis illis inauspicatis etiam Plutarchus f. 600 ἱερῶν ἀλόβων φανέντων. *C.*

[8] *officinis armorum*] Tacitus Hist. III. 28. 1. *destinantur validae ciuitates exercendis armorum officinis.* *C.*

[9] *magna*] *cum.* [10] *ceteris*] *prae.* [11] *his*] *ex.*

[12] *ornatissimum*] instrumentis bellicis *instructissimum.* *C.* Sic paullo ante *ornarentur* pro *instruerentur.*

[13] *huic*] Agesilao.

[14] *extrahere*] Graecismus est dum infinitiuus positus est pro gerundio. [15] *facturum*] Agesilaum.

[16] *Sardis*] Sardes siue Sardeis, quod antique per *IS* efferebant. *C.* vrbs Lidiae. vid. Tab. III.

iturum

iturum se dixisset; Tissaphernes [17] eamdem Cariam defendendam putauit. In quo cum [18] eum opinio fefellisser, victumque se vidisset [19] consilio: sero [20] suis [21] praesidio profectus est. nam cum [22] illo venisset, iam Agesilaus, multis locis expugnatis, magna erat praeda potitus. Laco autem, cum videret hostes [23] equitatu [24] superare, nunquam in campo [25] sui fecit potestatem, & his [26] locis [27] manum conseruit, [28] quibus plus pedestres copiae valerent. Pepulit ergo, quotiescunque congressus est, [29] multo maiores aduersariorum copias, & sic in Asia versatus est, vt omnium [30] opinione victor [31] duceretur.

[1] Hic cum [2] animo meditaretur proficisci [3] in Persas, & ipsum [4] regem adoriri; [5] nuntius ei [6] domo venit [7] ephorum iussu, bellum Atheniensis & Boeotios indixisse Lacedaemoniis: quare IV

[17] *eandem Cariam*] in qua Tissaphernes praedia & possessiones habebat. [18] *eum*] Tissaphernem.
[19] *consilio*] ab Agesilao. [20] *suis*] Lydiis.
[21] *praesidio*] in praesidium. [22] *illo*] in Lydiam.
[23] *equitatu*] *in*. [24] *superare*] *übertreffen*.
[25] *sui fecit potestatem*] *er hat sich niemals lassen von denen feinden erkriegen*. [26] *locis*] *in*.
[27] *manum conseruit*] *zum handgemenge ist er kommen*.
[28] *quibus*] *in*. [29] *multo*] in numero.
[30] *opinione*] *ex*. [31] *duceretur*] existimaretur.
Cap. IV. [1] *hic*] Agesilaus. [2] *animo*] *in*.
[3] *in*] *vnter die Perser*. [4] *regem*] Persarum.
* *ipsum regem adoriri*] Artaxerxem Memorem, aduersus cuius satrapas adhuc pugnauerat. *C.*
[5] *nuntius*] scytalam ab ephoris adferens. *Plutarch. f. 604. C.* [6] *domo*] Lacedaemone.
[7] *ephorum*] genitiuus contractus pro *ephororum*, summorum inter Spartanos magistratuum,

venire

2 venire non [8] dubitaret. In hoc non minus [9] eius
[10] pietas [11] suspicienda est, quam virtus bellica:
qui cum [12] victori praeesset exercitui, maximam-
que haberet fiduciam regni Persarum potiundi,
tanta [13] modestia [14] dicto audiens fuit [15] iussis
absentium magistratuum, [16] vt si priuatus in
[17] comitio esset Spartae. Cuius exemplum vti-
nam [18] imperatores nostri sequi voluissent sed
3 illuc redeamus. Agesilaus opulentissimo regno
praeposuit bonam existimationem, multoque
gloriosius [19] duxit, si institutis patriae paruisset,
4 quam si [20] bello superasset Asiam. Hac igitur
[21] mente [22] Hellespontum, copias traiecit, tanta-
que vsus est celeritate, vt, quod iter Xerxes anno

[8] *non dubitaret*] *kein bedenken tragen.*

[9] *eius*] Agesilai.

[10] *pietas*] *adfectus erga patriam* & superiores, obsequio & reuerentia testandus. Cicero Invent. II. c. 22 *pietas erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine coniunctos officium conseruare mones.* & Somn. Scip. cap. 3 *pietatem cole, quae, cum sit magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima est.* intellige *erga* parentes, *erga* patriam, vti etiam Ludov. Viues comment. p. 72 interpretatur. *C.*

[11] *suspicienda*] *admiranda*, quasi ab inferioribus. Vide supra ad Dionem. 1. 5. [12] *victori*] *siegenden.*

[13] *modestia*] *in.*

[14] *dicto audiens fuit*] Plutarchus pag. 604. *simulac scytala venerat, statim classe exibat.* *C.*

[15] *iussis*] *in.* [16] *vt si*] *gleich als ob.*

[17] *comitio*] Ephorum solenni consessu.

[18] *imperatores nostri*] Videtur Caesarem & Antonium notare, qui iussi ab senatu exercitum dimittere, non paruerunt. *C.* [19] *duxit*] aestimauit.

[20] *bello*] *in.* [21] *mente*] *in.*

[22] *Hellespontum*] fretum inter Thraciam & Asiam minorem.

24 vertente

[24] vertente confecerat, hic [25] transierit triginta
diebus. Cum iam haud ita longe abesset a Pe- 5
loponneso, obsistere ei conati sunt Athenienses
& Boeotii, ceterique eorum socii, apud [26] Coro-
neam: quos omnes [27] graui proelio vicit. Huius 6
victoriae [28] vel maxima fuit laus, quod cum ple-
rique ex fuga se in [29] templum Mineruae conie-
cissent, quaererentur que ab eo, quid his fieri vellet;
etsi aliquot vulnera acceperat eo proelio, & ira-
tus videbatur omnibus, qui [30] aduersus arma tu-
lerant, tamen antetulit irae [31] religionem, & eos
vetuit violari. Neque vero [32] hoc solum in Grae- 7
cia fecit, vt templa deorum sancta haberet: sed
etiam apud [33] barbaros summa [34] religione omnia
simulacra, arasque conseruauit. Itaque praedi- 8
cabat, *miras se, non sacrilegorum* [35] *numero ha-*
beri, qui supplicibus [36] *eorum nocuissent: aut non*

[24] *vertente*] *circumacto, integre completo*, Cicero Nat. Deor. II. 20 *Mercurii stella anno fere vertente signiferum lustrat orbem.* C.

[25] *transierit triginta diebus*] per Hellespontum, Thraciam, Macedoniam, Thessaliam, quod ipsum iter Xerxis est, celerius tantummodo confectum, quamuis in Thracia viam sibi ferro in quadam gente aperuerit. *Diodor. XIV. 84. Plutarch. f. 604. Pausan. Lacon. f. 91.* C.

[26] *Coroneam*] Boeotiae oppidum, quam pugnam scripsit Diodorus XIV. 85. C. vid. Tab. II.

[27] *proelio*] *in.* [28] *vel*] *auch.*

[29] *in templum Mineruae*] Itoniae cognomento Pausanias Lac. f. 91 de hoc proelio, καταφεύγουσιν ἄνδρες ἐξ αὐτῶν εἰς ἱερὸν Ἀθηνᾶς ἐπίκλησιν Ἰτωνίας. C.

[30] *aduersus*] vide Pelopid. c. I. n. 3. C.

[31] *religionem*] reuerentiam in templum.

[32] *hoc*] templis parcere. [33] *barbaros*] Persas.

[34] *religione*] *in.* [35] *numero*] *in.*

[36] *eorum*] barbarorum.

graui oribus

grauioribus poenis adfici, qui religionem 37 *minuerent, quam qui fana spoliarent.*

V Post hoc proelium, [1] collatum est omne bellum circa [2] Corinthum, ideoque [3] *Corinthium* est
2 appellatum. Hic cum vna [4] pugna decem millia hostium, [5] Agesilao duce, cecidissent; [6] eoque facto [7] opes aduersariorum debilitatae viderentur: tantum [8] abfuit ab insolentia gloriae, vt commiseratus sit fortunam Graeciae, quod tam multi a se victi [9] vitio aduersariorum concidissent: namque [10] illa multitudine, si [11] sana mens esset, Graeciae [12] supplicium Persas dare potuisse.
3 Idem cum aduersarios intra moenia compulisset, & vt Corinthum oppugnaret, multi horta-

37 *minuerent*] pactiones frangendo, vt Tissaphernes supra Cap. II.

Cap. V. 1 *collatum*] ex diuersis regionibus & locis.

2 *Corinthum*] vrbem Peloponnesi septentrionalem inter duos sinus. vid. Tab. II.

3 *Corinthium*] De hoc bello dictum est ad Iphicrat. c. 1. Plura Diodorus narrat XIV. 87. Spartani defendebant exules Corinthios, eorumque restitutionem postulabant, oppidanis studebant Athenienses. C.

4 *pugna*] *in.* 5 *Agesilao*] *sub.* 6 *eoque*] *ex.*

7 *opes*] potentia. 8 *abfuit*] Agesilaus.

9 *vitio aduersariorum*] pertinacia Graecorum, qui contra Spartanos societatem inierant. C.

10 *illa multitudine, si sana mens*] *ex* tanquam ex caussa. Eutropius de acie Pharsalica lib. VI, 16. *Nunquam adhuc Romanae copiae in vnum, neque maiores, neque melioribus ducibus conuenerant, totum terrarum orbem facile subacturae, si contra barbaros ducerentur.* C.

11 *sana*] quae non pugnaret contra socios sed hostes.

12 *supplicium dare*] idem quod *poenas dare* h. e. *pati*, de quo supra ad Miltiadem c. 3. 5.

rentur:

rentur: *negauit id suae virtuti conuenire. se enim eum esse*, dixit, *qui ad* [13] *officium peccantes redire cogeret, non qui* [14] *urbes nobilissimas expugnaret Graeciae. nam si*, inquit, *eos exstinguere* 4
voluerimus, qui nobiscum aduersus barbaros [15] *steterunt, nosmetipsi nos expugnauerimus, illis quiescentibus. quo facto sine negotio, cum voluerint, nos oppriment.*

Interim accidit illa [1] calamitas apud Leuctra VI
Lacedaemoniis: [2] quo ne proficisceretur, cum a plerisque ad exeundum [3] premeretur, [4] vt si de exitu diuinaret, [5] exire noluit. Idem, cum Epaminondas Spartam oppugnaret, essetque [6] sine muris oppidum, talem se imperatorem praebuit,

[13] *peccantes ad officium redire*] *dieienigen die es versehen, zu paaren treiben.*

[14] *vrbes nobilissimas Graeciae*] Corinthum Cicero pro Lege Man. c. 5 appellat *totius Graeciae lumen.* C.

[15] *steterunt*] *qui nostrarum fuere partium, die es mit vns gehalten haben.*

Cap. VI. [1] *calamitas*] *pugna infelix*, quae inde dicta est *Leuctrica.* Vide Epaminondam c. 6, 6.

[2] *Quo*] *ad quam pugnam.*

[3] *premeretur*] *vrgeretur, instigaretur.*

[4] *vt si*] *quasi, tanquam.*

[5] *exire nõluit*] filium tamen Archidamum in proelium misit, qui alteri cornu praefuit. *Diodor. XV. 54. 55.* C.

[6] *sine muris oppidum*] Spartani apud Senecam Suas. II. *Non est Sparta lapidibus circumdata. Ibi muros* (viros) *habet, vbi mûrôs non habet.* & post paullo: *muri nostri arma sunt.* Sic Agesilaus interrogatus apud Plutarchum Apophtheg. Lacon. f. 210. διὰ τί ἀτείχιστος ἡ Σπάρτη, ἐπιδείξας τοὺς πολίτας ἐξωπλισμένους. Ταῦτά ἐστιν εἶπε, τὰ Λακεδαιμονίων τείχη. Et alii idem interroganti respondit: Οὐ λίθοις δεῖ καὶ ξύλοις τετειχίσθαι τὰς πόλεις, ταῖς δὲ τῶν ἐνοικούντων ἀρεταῖς. Sub Cassandro

vt [7] eo tempore omnibus apparuerit, [8] nisi ille
2 fuisset, [9] Spartam futuram non fuisse. In quo
quidem [10] discrimine celeritas eius consilii [11] sa-
luti fuit vniuersis. nam cum quidam adolescen-
tuli, hostium [12] aduentu perterriti ad Thebanos
transfugere vellent, & locum extra vrbem [13] edi-
tum cepissent, Agesilaus, qui perniciosissimum
fore videret, si animaduersum esset, quemquam
ad hostes transfugere conari, cum suis eo venit,
atque [14] vt si [15] bono animo fecissent, [16] laudauit
consilium eorum, quod eum locum occupas-
sent, & se, id quoque fieri debere, animaduer-
3 tisse. Sic adolescentulos [17] simulata laudatione
recuperauit, & adiunctis de suis comitibus locum
tutum reliquit. namque [18] illi, [19] aucto numero

tandem Macedone, cum iam virtus maiorum degenerasset, murum vrbi suae Spartani, armis diffisi, circumdederunt *Iustin. XIV. 5.* C. 7 *eo*] *in.*

8 *nisi ille fuisset*] Supra Conone cap. 2 *si ille non fuisset, Agesilaum Asiam Tauro tenus regi fuisset erepturum.* Cicero pro Arch. c. 10 *nisi Ilias illa exstitisset.* His formulis eleganter redditur vulgaris, *absque hoc esset* aut *fuisset*, quae minus placet Vorstio mer. susp. Lat. c. 9. C.

9 *Spartam futuram non fuisse*] Plutarch. f. 614 τῇ δὲ σωθῆναι τὴν Σπάρτην τότε, πάντες αἴτιον ὁμολογοῦσι γενέσθαι τὸν Ἀγησίλαον. C.

10 *discrimine*] *periculo* 11 *saluti*] in salutem.

12 *aduentu*] *ex.* 13 *editum*] *paullo altiorem.*

14 *vt si*] *als ob.* 15 *bono*] *ex.*

16 *laudauit consilium eorum*] Quod supra noster in Datame paullo aliter narrat, cum equites ab illo defecissent: id Frontinus II. 7. 9 ita exponit, vt huic Agesilai commento sit perquam simile. *Adsecutus*, inquit, *transfugas, collaudauit, quod eum alacriter praecessissent. Pudor transfugis attulit poenitentiam, & consilium suum, quia non putabant deprehensum, mutauerunt.* C. 17 *simulata*] *in.*

18 *illi*] adolescentuli. 19 *aucto ab*] i. e. post.

eorum,

eorum, qui [20] expertes erant [21] consilii, commovere se non sunt ausi, eoque libentius, quod latere arbitrabantur, quae [22] cogitarant.

Sine dubio post Leuctricam pugnam Lacedae- VII
monii se nunquam [1] refecerunt, neque pristinum imperium recuperarunt: cum interim Agesilaus non destitit, quibuscunque rebus posset patriam iuuare. nam cum praecipue Lacedaemonii indi- 2
gerent pecunia: ille omnibus, qui [2] a rege defecerant, [3] praesidio fuit, a quibus magna donatus pecunia, patriam subleuauit. Atque in hoc il- 3
lud inprimis fuit admirabile, cum maxima munera ei [4] ab [5] regibus, & [6] dynastis, ciuitatibusque conferrentur, nihil vnquam [7] (in) domum suam

[20] *expertes erant consilii*] die vm den rathschlag nichts wusten. [21] *consilii*] transfugiendi ad Thebanos.

[22] *cogitarant*] de fuga. ad quod 79 capitel

Cap. VII. [1] *refecerunt*] *Reficere* est *fractum reparare*, *instaurare*, vt, *muros*, supra Conone: *rates quassas*, Horat. l. 2. Transfertur ad imperium, potentiam. Hamilcare cap. 1 *si paullum modo res essent refectae*, quemadmodum hoc loco sui noster ipse interpres est verbis quae sequuntur, *neque pristinum imperium recuperarunt*. Nec reciprocum pronomen aliquid noui habet. Plinius XXVI. 11 *reficere se ab imbecillitate*. C.

[2] *qui a rege defecerant*] satrapae & reguli in citeriore Asia. *Diodor. XV. 90*, etiam Tachus Aegyptius. C.

[3] *praesidio*] *zur bedekkung*.

[4] *ab*] paullo ante n. 2, & post cap. 8 n. 6 & alibi saepe: semel *ab rege*, Hannib. cap. 12 n. 3. quod in elegantiis Laur. Valla II. 29 numerat. & recte. Sic enim etiam Liuius XXI. 28 *ab rectore suo*: XXIV. 6 *ab Romanis*: XXXIV. 8 *ab Rhoda Emporias peruentum*, Lucretius VI. v. 723

Exoriens penitus media ab regione diei. C.

[5] *regibus*] Persarum.

[6] *dynastis*] praefectis prouinciarum in Asia minore.

[7] *in*] IN domum, non male, vt supra Alcibiade cap.

Landesbibliothek Oldenburg

contulit, nihil de [8] victu, nihil de vestitu Laco-
4 num mutauit. [9] Domo eadem fuit [10] contentus,
qua Eurysthenes, progenitor maiorum suorum
fuerat vsus: [11] quam qui intrarat, nullum signum
libidinis, nullum luxuriae videre poterat: contra
plurima patientiae atque abstinentiae. Sic enim
erat instructa, vt nulla in re differret a cuiusuis
inopis atque [12] priuati.

VIII Atque hic tantus vir, vt naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, sic maleficam nactus est in [1] corpore fingendo. nam & [2] statura fuit humili, & corpore exiguo, & claudus [3] altero pede. Quae res etiam nonnullam adferebat deformitatem: atque [4] ignoti faciem eius cum intuerentur, contemnebatur: qui autem virtutem nouerant, non poterant admirari
2 satis. Quod ei [5] vsu venit, cum [6] annorum octoginta [7] subsidio [8] Thaco in Aegyptum iuisset,

3. n. 6 *in domo sua*, quod efferri poterat *domi suae*: & in re plane simili scriptor de Viris illust. in Mummio Achaico: *in domum suam nihil contulit*; Liuius XXXV. 35 bis *ab domo missi*. Tamen hoc loco ab nonnullis codicibus IN abest, & quidem eleganter. Sic noster Themistocle cap. 4 *vt domos suas discederent*. Cicero pro Arch. cap. 3 *Luculli cum domum suam receperunt*. C.

8 *victu*] tenui. 9 *domo*] *in*.

10 *contentus*] Similem continentiam noster laudat in Attico c. 13 & 14. C.

11 *quam*] domum. 12 *priuati*] sc. domo.

Cap. VIII. 1 *in corpore fingendo*] Locum hunc Bosius ex codice Leidensi suppleuit, mutilatum antea in libris vulgaribus. C. 2 *statura*] praeditus.

3 *altero*] *in*.

4 *ignoti*] illi, qui non noti erant in Laconibus.

5 *vsu venit*] accidit. 6 *annorum*] senex Agesilaus.

7 *subsidi*] in subsidium.

&

& in [9] acta cum suis accubuisset, sine vllo tecto: stratumque haberet tale, vt terra tecta esset stramentis: neque [10] huic amplius, quam pellis esset iniecta, [11] eodemque comites omnes accubuissent, [12] vestitu humili, atque obsoleto, vt eorum ornatus non modo [13] in his [14] regem neminem significaret, sed hominis non beatissimi suspicionem praeberet: huius de aduentu fama cum ad 3
regios esset perlata, celeriter munera eo cuiusque generis sunt allata. His quaerentibus Agesilaum, vix fides facta est, vnum esse ex his, qui tum accubabant. Qui cum [15] regis [16] verbis, quae 4
attulerant, dedissent, ille praeter [17] vitulina, &

8 *Thaco*] Scribitur *Tachos* Diodoro, Plutarcho & Athenaeo: aliis *Teos* vel *Taos*. Vide sis Hist. nostram Antiquam p. 173 Rex Aegyptiorum fuit eo tempore, quo hi a Persis defecerant. Plura de eo Diodorus XV, 92. *C.*

9 *acta*] Ἀκτὴ *litus* maris Homero saepe, etiam ripa Tiberina Dionysio Halicarn. lib. X. f. 677. Cicero Verr. vlt. c. 25 *in acta cum mulierculis iacebat ebrius*, & c. 31, *vxorem tot in acta dies secum habere*, quod paullo ante dixerat *litus* in insula Syracusis post Arethusae fontem, *amoeno & ab arbitris remoto loco*. Virgilius Aen. V. v. 63

At procul in sola secreta Troades acta
Amissum Anchisen flebant.

Prudentius adv. Symmach. I. v. 136

Inuenit expositum secreti in litoris acta.

Non ergo omne litus acta, sed secretior ejus amoeniorque secessus, quod Cicero modo significauit. Plutarchus Agesi. f. 616 ἔν τινι πόα παρὰ τὴν θάλασσαν. *C.*

10 *huic*] strato. 11 *eodemque*] & in eodem strato.

12 *vestitu*] *in*. 13 *in*] *inter*.

14 *regem*] Laconum. vid. Cap. I. not. 4.

15 *regis*] Persarum. 16 *verbis*] *auf befehl.*

17 *ille praeter vitulina &c. nihil accepit*] Ita etiam Agesilaus apud Thasios fecerat, quod Plutarchus Apophtheg. Lacon. f. 210 notauit. *C.*

huiusmodi genera obſonii, quae praeſens tempus deſiderabat, nihil accepit,[18] vnguenta, coronas,[19] ſecundamque menſam[20] ſeruis diſpertiit,
5 cetera referri iuſſit. [21] Quo facto eum [22] barbari magis etiam contemſerunt, quod eum [23] ignorantia bonarum rerum [24] illa potiſſimum ſumſis-
6 ſe arbitrabantur. Hic cum ex Aegypto reuerteretur, donatus a rege [25] Nectanebe ducentis viginti talentis, quae ille muneri populo ſuo daret: veniſſetque in [26] portum, qui Menelai vocatur, iacens inter Cyrenas & Aegyptum: in morbum

---

18 *unguenta, coronas*] luxuriae & commeſſationis inſtrumenta. Cicero Catil. II. c. 5 *ſertis redimiti, vnguentis obliti.* Horatius III Od. XIV.

I, pete vnguentum puer, & coronas. C.

19 *ſecundam menſam*] bellaria, opſonia, Horatius II. Satyr. II. v. 111

tum penſilis vna ſecundas
Et nux ornabat menſas, cum duplice ficu. C.

20 *ſeruis diſpertiit*] Plutarchus f. 616 Εἵλωσι, *Helotis.* Hi enim ſeruorum loco erant Lacedaemoniis. C.

21 *quo*] *ex.* 22 *barbari*] Perſae.

23 *ignorantia*] *ex.* 24 *illa*] vitulina, & obſonium.

25 *Nectanebe*] Diodorus XV. 92 *a rege Tacho*, qui poſt Nectanebis rebellionem rurſus in regnum reſtitutus, & Ageſilao ad ſupremum vsque vſus fuerit. Plutarchus autem f. 617 cum noſtro facit, populo deficiente Ageſilaum quoque a Tacho ad Nectanebin, nouum regem, defeciſſe, eique regnum confirmaſſe. Adde Xenoph. de Laud. Ageſ. & Athenaeum XIV. c. 1. f. 616. C.

26 *in portum, qui Menelai vocatur*] portus Marmaricae, medio ferme ſitu inter Paraetonium & Cyrenen, dictus a famoſis ex Troiano bello erroribus Menelai, quos ſingulari libro Ariſtonicus grammaticus ſcripſit, & ex illo excerpſit Strabo lib. I. p. 26. Portum deſignat idem Strabo c. l. pag. 27 ἀφ' οὗ (Μενελάου) καὶ ὁ κατὰ Αδρανίαν λιμὴν, τὴν ὑπὲρ Παραιτονίου, Μενέλαος καλεῖται.

implicitus

implicitus decessit. ibi eum amici, quo [27] Spartam facilius perferre possent, quod [28] mel non habebant, cera circumfuderunt: atque ita [29] domum retulerunt.

Meminit etiam lib. XVII. p. 576 Ptolemaeus IV. 5 in hoc Marmaricae tractu a mari paullo reducit vrbem, quam *Menelaum* vocat, quae tamen, vt aliae mari vicinae, portum in mari videtur habuisse. *C.*

27 *Spartam perferre*] Hoc regibus tantum suis, peregre defunctis, Lacedaemonii praestabant: ceteros eo loco, vbi mortui erant, sepeliebant. *Plutarch. extrem. Agesil. C.*

28 *quod mel non habebant, cera perfuderunt*] Melle mortuos condire Lacedaemonii solebant Xenophon lib. V. rer. Graec. f. 330. de funere regis Agesipolidis, apud Olynthum exstincti, ἐν μέλιτι τεθεὶς, καὶ κομισθεὶς οἴκαδε, ἔτυχε τῆς βασιλικῆς ταφῆς. Nam, vt Columella ait XII. 45, *ea mellis est natura, vt coerceat vitia, nec serpere ea patiatur: qua ex caussa etiam exanimum corpus hominis per annos plurimos inuexium conseruat.* Plinius XXII, 24. *Mellis natura talis est, vt putrescere corpora non sinat.* Cera condiebant Persae. Herodotus I. 140 καταχηρώσαντες τὸν νέκυν Πέρσαι, γῇ κρύπτουσι. Cicero I. Tusc. c. 45 *Persae cera circumlitos condunt, vt quam maxime permaneant diuturna corpora. C.* 29 *domum*] Spartam.

XXVIII.

EVMENES.

ARGVMENTVM.

1 *Eumeni non virtus, sed fortuna defuit & generosa stirps: primum Philippi & Alexandri scriba: postea alae praefectus.* 2. *Mortuo Alexandro Cappadociam sortitus, carus Perdiccae fuit, quem vt desereret, non potuit Leonnatus persuadere.* 3. *A Perdicca oppositus Europaeis aduersariis, deuio itinere milites duxit,* 4 *& Neoptolemo singulari pugna interfecto, Craterum amplo funere extulit.* 5. *Antigonum se persequentem vexat in itineribus: victus tandem in castellum Norae con-*